Latin Vulgate (VULG)
Format: EPUB
uuid: 2dae04c4-f868-4110-be80-1e1232fe7bc6
id: 75
Size 3.44 MB
Language: English
Language: Latin
https://www.equipd.me/bibles/
http://www.equipd.me/wp-content/uploads/2015/06/VULGATE.epub

**Notes [Updated 20180922]:**

**Page 2.0 / 4281:**
1 in principio creavit Deus caelum et terram 2 terra autem erat inanis et vacua et tenebrae super faciem
abyssi et spiritus Dei ferebatur super aquas 3 dixitque Deus fiat lux et facta est lux 4 et vidit Deus
lucem quod esset bona et divisit lucem ac tenebras 5 appellavitque lucem diem et tenebras noctem
factumque est vespere et mane dies unus 6 dixit quoque Deus fiat firmamentum in medio aquarum et
dividat aquas ab aquis7 et fecit Deus firmamentum divisitque aquas quae erant sub firmamento ab his
quae erant super firmamentum et factum est ita 8 vocavitque Deus firmamentum caelum et factum est
vespere et mane dies secundus 9 dixit vero Deus congregentur aquae quae sub caelo sunt in locum
unum et appareat arida factumque est ita 10 et vocavit Deus aridam terram congregationesque aquarum
appellavit maria et vidit Deus quod esset bonum 11 et ait germinet terra herbam virentem et facientem
semen et lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum cuius semen in semet ipso sit super
terram et factum est ita 12 et protulit terra herbam virentem et adferentem semen iuxta genus suum
lignumque faciens fructum et habens unumquodque sementem secundum speciem suam et vidit Deus
quod esset bonum 13 factumque est vespere et mane dies tertius 14 dixit autem Deus fiant luminaria in
firmamento caeli ut dividant diem ac noctem et sint in signa et tempora et dies et annos 15 ut luceant in
firmamento caeli et inluminent terram et factum est ita 16 fecitque Deus duo magna luminaria luminare
maius ut praeesset diei et luminare minus ut praeesset nocti et stellas 17 et posuit eas in firmamento
caeli ut lucerent super terram 18 et praeessent diei ac nocti et dividerent lucem ac tenebras et vidit Deus
quod esset bonum 19 et factum est vespere et mane dies quartus 20 dixit etiam Deus producant aquae
reptile animae viventis et volatile super terram sub firmamento caeli 21 creavitque Deus cete grandia et
omnem animam viventem atque motabilem quam produxerant aquae in species suas et omne volatile
secundum genus suum et vidit Deus quod esset bonum 22 benedixitque eis dicens crescite et
multiplicamini et replete aquas maris avesque multiplicentur super terram 23 et factum est vespere et
mane dies quintus 24 dixit quoque Deus producat terra animam viventem in genere suo iumenta et
reptilia et bestias terrae secundum species suas factumque est ita 25 et fecit Deus bestias terrae iuxta
species suas et iumenta et omne reptile terrae in genere suo et vidit Deus quod esset bonum 26 et ait
faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram et praesit piscibus maris et volatilibus caeli
et bestiis universaeque terrae omnique reptili quod movetur in terra 27 et creavit Deus hominem ad
imaginem suam ad imaginem Dei creavit illum masculum et feminam creavit eos 28 benedixitque illis
Deus et ait crescite et multiplicamini et replete terram et subicite eam et dominamini piscibus maris et
volatilibus caeli et universis animantibus quae moventur super terram 29 dixitque Deus ecce dedi vobis
omnem herbam adferentem semen super terram et universa ligna quae habent in semet ipsis sementem
generis sui ut sint vobis in escam 30 et cunctis animantibus terrae omnique volucri caeli et universis
quae moventur in terra et in quibus est anima vivens ut habeant ad vescendum et factum est ita 31
viditque Deus cuncta quae fecit et erant valde bona et factum est vespere et mane dies sextus
(Genesis 1:1-31)

**Page 9.0 / 4281:**
18 spinas et tribulos germinabit tibi et comedes herbas terrae
(Genesis 3:18)

**Page 18.0 / 4281:**
1 cumque coepissent homines multiplicari super terram et filias procreassent 2 videntes filii Dei filias eorum quod essent pulchrae acceperunt uxores sibi ex omnibus quas elegerant 3 dixitque Deus non permanebit spiritus meus in homine in aeternum quia caro est eruntque dies illius centum viginti annorum 4 gigantes autem erant super terram in diebus illis postquam enim ingressi sunt filii Dei ad filias hominum illaeque genuerunt isti sunt potentes a saeculo viri famosi 5 videns autem Deus quod multa malitia hominum esset in terra et cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore 6 paenituit eum quod hominem fecisset in terra et tactus dolore cordis intrinsecus 7 delebo inquit hominem quem creavi a facie terrae ab homine usque ad animantia a reptili usque ad volucres caeli paenitet enim me fecisse eos 8 Noe vero invenit gratiam coram Domino
(Genesis 6:1-8)

**Page 27.0 / 4281:**
14 cumque obduxero nubibus caelum apparebit arcus meus in nubibus 15 et recordabor foederis mei vobiscum et cum omni anima vivente quae carnem vegetat et non erunt ultra aquae diluvii ad delendam universam carnem 16 eritque arcus in nubibus et videbo illum et recordabor foederis sempiterni quod pactum est inter Deum et inter omnem animam viventem universae carnis quae est super terram
(Genesis 9:14-16)

**Page 27.0 / 4281:**
18 erant igitur filii Noe qui egressi sunt de arca Sem Ham et Iafeth porro Ham ipse est pater Chanaan
(Genesis 9:18)

**Page 33.0 / 4281:**
1 erat autem terra labii unius et sermonum eorundem 2 cumque proficiscerentur de oriente invenerunt campum in terra Sennaar et habitaverunt in eo 3 dixitque alter ad proximum suum venite faciamus lateres et coquamus eos igni habueruntque lateres pro saxis et bitumen pro cemento 4 et dixerunt venite faciamus nobis civitatem et turrem cuius culmen pertingat ad caelum et celebremus nomen nostrum antequam dividamur in universas terras 5 descendit autem Dominus ut videret civitatem et turrem quam aedificabant filii Adam 6 et dixit ecce unus est populus et unum labium omnibus coeperuntque hoc facere nec desistent a cogitationibus suis donec eas opere conpleant 7 venite igitur descendamus et confundamus ibi linguam eorum ut non audiat unusquisque vocem proximi sui 8 atque ita divisit eos Dominus ex illo loco in universas terras et cessaverunt aedificare civitatem 9 et idcirco vocatum est nomen eius Babel quia ibi confusum est labium universae terrae et inde dispersit eos Dominus super faciem cunctarum regionum
(Genesis 11:1-9)

**Page 42.0 / 4281:**
18 at vero Melchisedech rex Salem proferens panem et vinum erat enim sacerdos Dei altissimi 19 benedixit ei et ait benedictus Abram Deo excelso qui creavit caelum et terram
(Genesis 14:18-19)

**Page 115.0 – 118.0 / 4281:**
22 cumque mature surrexisset tulit duas uxores suas et totidem famulas cum undecim filiis et transivit vadum Iaboc 23 transductisque omnibus quae ad se pertinebant 24 remansit solus et ecce vir luctabatur

cum eo usque mane 25 qui cum videret quod eum superare non posset tetigit nervum femoris eius et statim emarcuit 26 dixitque ad eum dimitte me iam enim ascendit aurora respondit non dimittam te nisi benedixeris mihi 27 ait ergo quod nomen est tibi respondit Iacob 28 at ille nequaquam inquit Iacob appellabitur nomen tuum sed Israhel quoniam si contra Deum fortis fuisti quanto magis contra homines praevalebis 29 interrogavit eum Iacob dic mihi quo appellaris nomine respondit cur quaeris nomen meum et benedixit ei in eodem loco 30 vocavitque Iacob nomen loci illius Phanuhel dicens vidi Deum facie ad faciem et salva facta est anima mea 31 ortusque est ei statim sol postquam transgressus est Phanuhel ipse vero claudicabat pede 32 quam ob causam non comedunt filii Israhel nervum qui emarcuit in femore Iacob usque in praesentem diem eo quod tetigerit nervum femoris eius et obstipuerit
(Genesis 32:22-33)

**Page 238.0 – 239.0 / 4281:**
43 dixitque Dominus ad Mosen et Aaron haec est religio phase omnis alienigena non comedet ex eo 44 omnis autem servus empticius circumcidetur et sic comedet 45 advena et mercennarius non edent ex eo 46 in una domo comedetur nec efferetis de carnibus eius foras nec os illius confringetis 47 omnis coetus filiorum Israhel faciet illud 48 quod si quis peregrinorum in vestram voluerit transire coloniam et facere phase Domini circumcidetur prius omne masculinum eius et tunc rite celebrabit eritque sicut indigena terrae si quis autem circumcisus non fuerit non vescetur ex eo 49 eadem lex erit indigenae et colono qui peregrinatur apud vos 50 fecerunt omnes filii Israhel sicut praeceperat Dominus Mosi et Aaron 51 et in eadem die eduxit Dominus filios Israhel de terra Aegypti per turmas suas

Exodus 13

1 locutusque est Dominus ad Mosen dicens 2 sanctifica mihi omne primogenitum quod aperit vulvam in filiis Israhel tam de hominibus quam de iumentis mea sunt enim omnia 3 et ait Moses ad populum mementote diei huius in qua egressi estis de Aegypto et de domo servitutis quoniam in manu forti eduxit vos Dominus de loco isto ut non comedatis fermentatum panem 4 hodie egredimini mense novarum frugum 5 cumque te introduxerit Dominus in terram Chananei et Hetthei et Amorrei et Evei et Iebusei quam iuravit patribus tuis ut daret tibi terram fluentem lacte et melle celebrabis hunc morem sacrorum mense isto 6 septem diebus vesceris azymis et in die septimo erit sollemnitas Domini 7 azyma comedetis septem diebus non apparebit apud te aliquid fermentatum nec in cunctis finibus tuis 8 narrabisque filio tuo in die illo dicens hoc est quod fecit Dominus mihi quando egressus sum de Aegypto 9 et erit quasi signum in manu tua et quasi monumentum ante oculos tuos et ut lex Domini semper in ore tuo in manu enim forti eduxit te Dominus de Aegypto 10 custodies huiuscemodi cultum statuto tempore a diebus in dies 11 cumque introduxerit te in terram Chananei sicut iuravit tibi et patribus tuis et dederit eam tibi 12 separabis omne quod aperit vulvam Domino et quod primitivum est in pecoribus tuis quicquid habueris masculini sexus consecrabis Domino 13 primogenitum asini mutabis ove quod si non redemeris interficies omne autem primogenitum hominis de filiis tuis pretio redimes 14 cumque interrogaverit te filius tuus cras dicens quid est hoc respondebis ei in manu forti eduxit nos Dominus de Aegypto de domo servitutis 15 nam cum induratus esset Pharao et nollet nos dimittere occidit Dominus omne primogenitum in terra Aegypti a primogenito hominis usque ad primogenitum iumentorum idcirco immolo Domino omne quod aperit vulvam masculini sexus et omnia primogenita filiorum meorum redimo 16 erit igitur quasi signum in manu tua et quasi adpensum quid ob recordationem inter oculos tuos eo quod in manu forti eduxerit nos Dominus de Aegypto
(Exodus 12:43-13:16)

**Page 267.0 / 4281:**
3 non habebis deos alienos coram me 4 non facies tibi sculptile neque omnem similitudinem quae est in caelo desuper et quae in terra deorsum nec eorum quae sunt in aquis sub terra 5 non adorabis ea neque

coles ego sum Dominus Deus tuus fortis zelotes visitans iniquitatem patrum in filiis in tertiam et quartam generationem eorum qui oderunt me 6 et faciens misericordiam in milia his qui diligunt me et custodiunt praecepta mea 7 non adsumes nomen Domini Dei tui in vanum nec enim habebit insontem Dominus eum qui adsumpserit nomen Domini Dei sui frustra 8 memento ut diem sabbati sanctifices 9 sex diebus operaberis et facies omnia opera tua 10 septimo autem die sabbati Domini Dei tui non facies omne opus tu et filius tuus et filia tua servus tuus et ancilla tua iumentum tuum et advena qui est intra portas tuas 11 sex enim diebus fecit Dominus caelum et terram et mare et omnia quae in eis sunt et requievit in die septimo idcirco benedixit Dominus diei sabbati et sanctificavit eum 12 honora patrem tuum et matrem tuam ut sis longevus super terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi 13 non occides 14 non moechaberis 15 non furtum facies 16 non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium 17 non concupisces domum proximi tui nec desiderabis uxorem eius non servum non ancillam non bovem non asinum nec omnia quae illius sunt
(Exodus 20:3-17)

**Page 436.0 / 4281:**
22 postquam autem messueritis segetem terrae vestrae non secabitis eam usque ad solum nec remanentes spicas colligetis sed pauperibus et peregrinis dimittetis eas ego Dominus Deus vester 23 locutusque est Dominus ad Mosen dicens 24 loquere filiis Israhel mense septimo prima die mensis erit vobis sabbatum memorabile clangentibus tubis et vocabitur sanctum 25 omne opus servile non facietis in eo et offeretis holocaustum Domino 26 locutusque est Dominus ad Mosen dicens 27 decimo die mensis huius septimi dies expiationum erit celeberrimus et vocabitur sanctus adfligetisque animas vestras in eo et offeretis holocaustum Domino 28 omne opus non facietis in tempore diei huius quia dies propitiationis est ut propitietur vobis Dominus Deus vester 29 omnis anima quae adflicta non fuerit die hoc peribit de populis suis 30 et quae operis quippiam fecerit delebo eam de populo suo 31 nihil ergo operis facietis in eo legitimum sempiternum erit vobis in cunctis generationibus et habitationibus vestris 32 sabbatum requietionis est adfligetis animas vestras die nono mensis a vespero usque ad vesperum celebrabitis sabbata vestra
(Leviticus 23:22-32)

**Page 440.0 / 4281:**
1 locutusque est Dominus ad Mosen in monte Sinai dicens 2 loquere filiis Israhel et dices ad eos quando ingressi fueritis terram quam ego dabo vobis sabbatizet sabbatum Domini 3 sex annis seres agrum tuum et sex annis putabis vineam tuam colligesque fructus eius 4 septimo autem anno sabbatum erit terrae requietionis Domini agrum non seres et vineam non putabis 5 quae sponte gignit humus non metes et uvas primitiarum tuarum non colliges quasi vindemiam annus enim requietionis terrae est 6 sed erunt vobis in cibum tibi et servo tuo ancillae et mercennario tuo et advenae qui peregrinantur apud te 7 iumentis tuis et pecoribus omnia quae nascuntur praebebunt cibum
(Leviticus 25:1-7)

**Page 515.0 / 4281:**
33 "praises" : [],(13:33) detraxeruntque terrae quam inspexerant apud filios Israhel dicentes terram quam lustravimus devorat habitatores suos populum quem aspeximus procerae staturae est 34 "praises" : [],(13:34) ibi vidimus monstra quaedam filiorum Enach de genere giganteo quibus conparati quasi lucustae videbamur
(Numbers 13:33)

**Page 644.0 / 4281:**
3 adflixit te penuria et dedit tibi cibum manna quem ignorabas tu et patres tui ut ostenderet tibi quod non in solo pane vivat homo sed in omni verbo quod egreditur ex ore Domini

(Deuteronomy 8:3)

**Page 744.0 / 4281:**
1 et factum est ut post mortem Mosi servi Domini loqueretur Dominus ad Iosue filium Nun ministrum Mosi et diceret ei 2 Moses servus meus mortuus est surge et transi Iordanem istum tu et omnis populus tecum in terram quam ego dabo filiis Israhel 3 omnem locum quem calcaverit vestigium pedis vestri vobis tradam sicut locutus sum Mosi
(Josue 1:1-3)

**Page 839.0 / 4281:**
7 dixitque Adonibezec septuaginta reges amputatis manuum ac pedum summitatibus colligebant sub mensa mea ciborum reliquias sicut feci ita reddidit mihi Deus adduxeruntque eum in Hierusalem et ibi mortuus est
(Judges 1:7)

**Page 955.0 / 4281:**
10 Dominum formidabunt adversarii eius super ipsos in caelis tonabit Dominus iudicabit fines terrae et dabit imperium regi suo et sublimabit cornu christi sui
(1 Samuel 2:10)

**Page 1026.0 / 4281:**
10 post diem autem alteram invasit spiritus Dei malus Saul et prophetabat in medio domus suae David autem psallebat manu sua sicut per singulos dies tenebatque Saul lanceam
(1 Samuel 18:10)

**Page 1175.0 / 4281:**
27 cum electo electus eris et cum perverso perverteris
(2 Samuel 22:27)

**Page 1185.0 / 4281:**
1 et addidit furor Domini irasci contra Israhel commovitque David in eis dicentem vade numera Israhel et Iudam
(2 Samuel 24:1)

**Page 1185.0 / 4281:**
15 inmisitque Dominus pestilentiam in Israhel de mane usque ad tempus constitutum et mortui sunt ex populo a Dan usque Bersabee septuaginta milia virorum 16 cumque extendisset manum angelus Dei super Hierusalem ut disperderet eam misertus est Dominus super adflictione et ait angelo percutienti populum sufficit nunc contine manum tuam erat autem angelus Domini iuxta aream Areuna Iebusei 17 dixitque David ad Dominum cum vidisset angelum caedentem populum ego sum qui peccavi ego inique egi isti qui oves sunt quid fecerunt vertatur obsecro manus tua contra me et contra domum patris mei
(2 Samuel 24:15-17)

**Page 1563.0 / 4281:**
14 conversus autem populus meus super quos invocatum est nomen meum deprecatus me fuerit et exquisierit faciem meam et egerit paenitentiam a viis suis pessimis et ego exaudiam de caelo et propitius ero peccatis eorum et sanabo terram eorum
(2 Chronicles 7:14)

**Page 1834.0 / 4281:**
10 qui ait ad illam quasi una de stultis locuta es si bona suscepimus de manu Domini quare mala non suscipiamus in omnibus his non peccavit Iob labiis suis
(Job 2:10)

**Page 1845.0 / 4281:**
9 sicut consumitur nubes et pertransit sic qui descenderit ad inferos non ascendet
(Job 7:9)

**Page 1847.0 / 4281:**
20 Deus non proiciet simplicem nec porriget manum malignis
(Job 8:20)

**Page 1856.0 / 4281:**
11 nonne auris verba diiudicat et fauces comedentis saporem
(Job 12:11)

**Page 1873.0 / 4281:**
25 scio enim quod redemptor meus vivat et in novissimo de terra surrecturus sim
(Job 19:25)

**Page 1876.0 / 4281:**
19 quoniam confringens nudavit pauperes domum rapuit et non aedificavit eam 20 nec est satiatus venter eius et cum habuerit quae cupierat possidere non poterit
(Job 20:19-20)

**Page 1925.0 / 4281:**
9 numquid volet rinoceros servire tibi aut morabitur ad praesepe tuum
(Job 39:9)

**Page 1931.0 / 4281:**
1 2 "praises" : [],(40:20) an extrahere poteris Leviathan hamo et fune ligabis linguam eius 3 "praises" : [],(40:21) numquid pones circulum in naribus eius et armilla perforabis maxillam eius 4 "praises" : [],(40:22) numquid multiplicabit ad te preces aut loquetur tibi mollia 5 "praises" : [],(40:23) numquid feriet tecum pactum et accipies eum servum sempiternum 6 "praises" : [],(40:24) numquid inludes ei quasi avi aut ligabis illum ancillis tuis 7 "praises" : [],(40:25) concident eum amici divident illum negotiatores 8 "praises" : [],(40:26) numquid implebis sagenas pelle eius et gurgustium piscium capite illius 9 "praises" : [],(40:27) pone super eum manum tuam memento belli nec ultra addas loqui 10 "praises" : [],(40:28) ecce spes eius frustrabitur eum et videntibus cunctis praecipitabitur 11 "praises" : [],(40:1) non quasi crudelis suscitabo eum quis enim resistere potest vultui meo 12 "praises" : [],(41:2) quis ante dedit mihi ut reddam ei omnia quae sub caelo sunt mea sunt 13 "praises" : [],(41:3) non parcam ei et verbis potentibus et ad deprecandum conpositis 14 "praises" : [],(41:4) quis revelavit faciem indumenti eius et in medium oris eius quis intrabit 15 "praises" : [],(41:5) portas vultus eius quis aperiet per gyrum dentium eius formido
(Job 41:1-15)

**Page 1931.0 / 4281:**

(40:1) non quasi crudelis suscitabo eum quis enim resistere potest vultui meo 12 "praises" : [],(41:2) quis ante dedit mihi ut reddam ei omnia quae sub caelo sunt mea sunt 13 "praises" : [],(41:3) non parcam ei et verbis potentibus et ad deprecandum conpositis 14 "praises" : [],(41:4) quis revelavit faciem indumenti eius et in medium oris eius quis intrabit 15 "praises" : [],(41:5) portas vultus eius quis aperiet per gyrum dentium eius formido 16 "praises" : [],(41:6) corpus illius quasi scuta fusilia et conpactum squamis se prementibus 17 "praises" : [],(41:7) una uni coniungitur et ne spiraculum quidem incedit per eas 18 "praises" : [],(41:8) una alteri adherebunt et tenentes se nequaquam separabuntur 19 "praises" : [],(41:9) sternutatio eius splendor ignis et oculi eius ut palpebrae diluculi 20 "praises" : [],(41:10) de ore eius lampades procedunt sicut taedae ignis accensae 21 "praises" : [],(41:11) de naribus eius procedit fumus sicut ollae succensae atque ferventis 22 "praises" : [],(41:12) halitus eius prunas ardere facit et flamma de ore eius egreditur 23 "praises" : [],(41:13) in collo eius morabitur fortitudo et faciem eius praecedet egestas 24 "praises" : [],(41:14) membra carnium eius coherentia sibi mittet contra eum fulmina et ad locum alium non ferentur 25 "praises" : [],(41:15) cor eius indurabitur quasi lapis et stringetur quasi malleatoris incus 26 "praises" : [],(41:16) cum sublatus fuerit timebunt angeli et territi purgabuntur 27 "praises" : [],(41:17) cum adprehenderit eum gladius subsistere non poterit neque hasta neque torax 28 "praises" : [],(41:18) reputabit enim quasi paleas ferrum et quasi lignum putridum aes 29 "praises" : [],(41:19) non fugabit eum vir sagittarius in stipulam versi sunt ei lapides fundae 30 "praises" : [],(41:20) quasi stipulam aestimabit malleum et deridebit vibrantem hastam 31 "praises" : [],(41:21) sub ipso erunt radii solis sternet sibi aurum quasi lutum 32 "praises" : [],(41:22) fervescere faciet quasi ollam profundum mare ponet quasi cum unguenta bulliunt 33 "praises" : [],(41:23) post eum lucebit semita aestimabit abyssum quasi senescentem 34 "praises" : [],(41:24) non est super terram potestas quae conparetur ei qui factus est ut nullum timeret 35 "praises" : [],(41:25) omne sublime videt ipse est rex super universos filios superbiae
(Job 41:1-26)

**Page 1939.0 / 4281:**
1 beatus vir qui non abiit in consilio impiorum et in via peccatorum non stetit et in cathedra pestilentiae non sedit 2 sed in lege Domini voluntas eius et in lege eius meditabitur die ac nocte 3 et erit tamquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum quod fructum suum dabit in tempore suo et folium eius non defluet et omnia quaecumque faciet prosperabuntur
(Psalms 1:1-3)

**Page 1982.0 / 4281:**
1 2 "praises" : [],(22:1) psalmus David Dominus reget me et nihil mihi deerit 3 "praises" : [],(22:2) in loco pascuae ibi; me conlocavit super aquam refectionis educavit me 4 "praises" : [],(22:3) animam meam convertit deduxit me super semitas iustitiae propter nomen suum 5 "praises" : [],(22:4) nam et si ambulavero in medio umbrae mortis non timebo mala quoniam tu mecum es virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt 6 "praises" : [],(22:5) parasti in conspectu meo mensam adversus eos qui tribulant me inpinguasti in oleo caput meum et calix meus inebrians quam praeclarus est 7 "praises" : [],(22:6) et misericordia tua subsequitur me omnibus diebus vitae meae et ut inhabitem in domo Domini in longitudinem dierum
(Psalms 23)

**Page 2282.0 / 4281:**
5 habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo et ne innitaris prudentiae tuae 6 in omnibus viis tuis cogita illum et ipse diriget gressus tuos
(Proverbs 3:5-6)

**Page 2287.0 / 4281:**

3 favus enim stillans labia meretricis et nitidius oleo guttur eius
(Proverbs 5:3)

**Page 2297.0 / 4281:**
7 qui erudit derisorem ipse sibi facit iniuriam et qui arguit impium generat maculam sibi
(Proverbs 9:7)

**Page 2302.0 / 4281:**
9 simulator ore decipit amicum suum iusti autem liberabuntur scientia
(Proverbs 11:9)

**Page 2305.0 / 4281:**
10 novit iustus animas iumentorum suorum viscera autem impiorum crudelia
(Proverbs 12:10)

**Page 2308.0 / 4281:**
13 qui detrahit alicui rei ipse se in futurum obligat qui autem timet praeceptum in pace versabitur
(Proverbs 13:13)

**Page 2313.0 / 4281:**
1 responsio mollis frangit iram sermo durus suscitat furorem 2 lingua sapientium ornat scientiam os
fatuorum ebullit stultitiam 3 in omni loco oculi Domini contemplantur malos et bonos
(Proverbs 15:1-3)

**Page 2319.0 / 4281:**
1 melior est buccella sicca cum gaudio quam domus plena victimis cum iurgio 2 servus sapiens
dominabitur filiis stultis et inter fratres hereditatem dividet 3 sicut igne probatur argentum et aurum
camino ita corda probat Dominus
(Proverbs 17:1-3)

**Page 2319.0 / 4281:**
13 qui reddit mala pro bonis non recedet malum de domo eius 14 qui dimittit aquam caput est
iurgiorum et antequam patiatur contumeliam iudicium deserit
(Proverbs 17:13-14)

**Page 2330.0 / 4281:**
3 facere misericordiam et iudicium magis placent Domino quam victimae
(Proverbs 21:3)

**Page 2330.0 / 4281:**
13 qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis et ipse clamabit et non exaudietur 14 munus
absconditum extinguet iras et donum in sinu indignationem maximam
(Proverbs 21:13-14)

**Page 2342.0 / 4281:**
11 mala aurea in lectis argenteis qui loquitur verbum in tempore suo 12 inauris aurea et margaritum
fulgens qui arguit sapientem et aurem oboedientem 13 sicut frigus nivis in die messis ita legatus fidelis
ei qui misit eum animam illius requiescere facit 14 nubes et ventus et pluviae non sequentes vir
gloriosus et promissa non conplens 15 patientia lenietur princeps et lingua mollis confringet duritiam 1

(Proverbs 25:11-15)

**Page 2348.0 / 4281:**
19 quomodo in aquis resplendent vultus prospicientium sic corda hominum manifesta sunt prudentibus 20 infernus et perditio non replentur similiter et oculi hominum insatiabiles 21 quomodo probatur in conflatorio argentum et in fornace aurum sic probatur homo ore laudantis
(Proverbs 27:19-21)

**Page 2364.0 / 4281:**
18 eo quod in multa sapientia multa sit indignatio et qui addit scientiam addat et laborem
(Ecclesiastes 1:18)

**Page 2380.0 / 4281:**
5 "praises" : [],(7:5) cor sapientium ubi tristitia est et cor stultorum ubi laetitia
(Ecclesiastes 7:5)

**Page 2484.0 / 4281:**
1 in die illo visitabit Dominus in gladio suo duro et grandi et forti super Leviathan serpentem vectem et super Leviathan serpentem tortuosum et occidet cetum qui in mari est
(Isaiah 27:1)

**Page 2486.0 / 4281:**
10 quia manda remanda manda remanda expecta reexpecta expecta reexpecta modicum ibi modicum ibi 11 in loquella enim labii et lingua altera loquetur ad populum istum
(Isaiah 28:10-11)

**Page 2529.0 / 4281:**
31 qui autem sperant in Domino mutabunt fortitudinem adsument pinnas sicut aquilae current et non laborabunt ambulabunt et non deficient
(Isaiah 40:31)

**Page 2568.0 / 4281:**
5 ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras adtritus est propter scelera nostra disciplina pacis nostrae super eum et livore eius sanati sumus 6 omnes nos quasi oves erravimus unusquisque in viam suam declinavit et Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum
(Isaiah 53:5-6)

**Page 2610.0 / 4281:**
22 si laveris te nitro et multiplicaveris tibi herbam borith maculata es in iniquitate tua coram me dicit Dominus Deus
(Jeremiah 2:22)

**Page 2636.0 / 4281:**
18 dolor meus super dolorem in me cor meum maerens
(Jeremiah 8:18)

**Page 2729.0 / 4281:**
17 heu heu heu Domine Deus ecce tu fecisti caelum et terram in fortitudine tua magna et in brachio tuo extento non erit tibi difficile omne verbum

(Jeremiah 32:17)

**Page 2832.0 / 4281:**
25 TETH bonus est Dominus sperantibus in eum animae quaerenti illum
(Lamentations 3:25)

**Page 2843.0 / 4281:**
4 et vidi et ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone et nubes magna et ignis involvens et splendor in circuitu eius et de medio eius quasi species electri id est de medio ignis 5 et ex medio eorum similitudo quattuor animalium et hic aspectus eorum similitudo hominis in eis 6 et quattuor facies uni et quattuor pinnae uni 7 et pedes eorum pedes recti et planta pedis eorum quasi planta pedis vituli et scintillae quasi aspectus aeris candentis 8 et manus hominis sub pinnis eorum in quattuor partibus et facies et pinnas per quattuor partes habebant 9 iunctaeque erant pinnae eorum alterius ad alterum non revertebantur cum incederent sed unumquodque ante faciem suam gradiebatur 10 similitudo autem vultus eorum facies hominis et facies leonis a dextris ipsorum quattuor facies autem bovis a sinistris ipsorum quattuor et facies aquilae ipsorum quattuor 11 et facies eorum et pinnae eorum extentae desuper duae pinnae singulorum iungebantur et duae tegebant corpora eorum 12 et unumquodque coram facie sua ambulabat ubi erat impetus spiritus illuc gradiebantur nec revertebantur cum ambularent
(Ezekiel 1:4-12)

**Page 2910.0 / 4281:**
7 et dixi ad eos unusquisque offensiones oculorum suorum abiciat et in idolis Aegypti nolite pollui ego Dominus Deus vester
(Ezekiel 20:7)

**Page 2963.0 / 4281:**
2 fili hominis adsume lamentum super Pharao regem Aegypti et dices ad eum leoni gentium adsimilatus es et draconi qui est in mari et ventilabas cornu in fluminibus tuis et conturbabas aquas pedibus tuis et conculcabas flumina eorum
(Ezekiel 32:2)

**Page 3048.0 / 4281:**
44 in diebus autem regnorum illorum suscitabit Deus caeli regnum quod in aeternum non dissipabitur et regnum eius populo alteri non tradetur comminuet et consumet universa regna haec et ipsum stabit in aeternum
(Daniel 2:44)

**Page 3102.0 / 4281:**
1 2 in tempore autem illo consurget Michahel princeps magnus qui stat pro filiis populi tui et veniet tempus quale non fuit ab eo quo gentes esse coeperunt usque ad tempus illud et in tempore illo salvabitur populus tuus omnis qui inventus fuerit scriptus in libro
(Daniel 12:2)

**Page 3124.0 / 4281:**
6 conticuit populus meus eo quod non habuerit scientiam quia tu scientiam reppulisti repellam te ne sacerdotio fungaris mihi et oblita es legis Dei tui obliviscar filiorum tuorum et ego
(Hosea 4:6)

**Page 3170.0 / 4281:**
24 et revelabitur quasi aqua iudicium et iustitia quasi torrens fortis
(Amos 5:24)

**Page 3191.0 / 4281:**
3 "praises" : [],(2:3) et dixit clamavi de tribulatione mea ad Dominum et exaudivit me de ventre inferni clamavi et exaudisti vocem meam
(Jonas 2:3)

**Page 3214.0 / 4281:**
7 bonus Dominus et confortans in die tribulationis et sciens sperantes in se
(Nahum 1:7)

**Page 3297.0 / 4281:**
17 omnes ergo generationes ab Abraham usque ad David generationes quattuordecim et a David usque ad transmigrationem Babylonis generationes quattuordecim et a transmigratione Babylonis usque ad Christum generationes quattuordecim
(Matthew 1:17)

**Page 3300.0 / 4281:**
1 cum ergo natus esset Iesus in Bethleem Iudaeae in diebus Herodis regis ecce magi ab oriente venerunt Hierosolymam 2 dicentes ubi est qui natus est rex Iudaeorum vidimus enim stellam eius in oriente et venimus adorare eum 3 audiens autem Herodes rex turbatus est et omnis Hierosolyma cum illo 4 et congregans omnes principes sacerdotum et scribas populi sciscitabatur ab eis ubi Christus nasceretur
(Matthew 2:1-4)

**Page 3300.0 / 4281:**
16 tunc Herodes videns quoniam inlusus esset a magis iratus est valde et mittens occidit omnes pueros qui erant in Bethleem et in omnibus finibus eius a bimatu et infra secundum tempus quod exquisierat a magis 17 tunc adimpletum est quod dictum est per Hieremiam prophetam dicentem 18 vox in Rama audita est ploratus et ululatus multus Rachel plorans filios suos et noluit consolari quia non sunt
(Matthew 2:16-18)

**Page 3305.0 / 4281:**
4 qui respondens dixit scriptum est non in pane solo vivet homo sed in omni verbo quod procedit de ore Dei
(Matthew 4:4)

**Page 3305.0 / 4281:**
1 tunc Iesus ductus est in desertum ab Spiritu ut temptaretur a diabolo 2 et cum ieiunasset quadraginta diebus et quadraginta noctibus postea esuriit 3 et accedens temptator dixit ei si Filius Dei es dic ut lapides isti panes fiant 4 qui respondens dixit scriptum est non in pane solo vivet homo sed in omni verbo quod procedit de ore Dei 5 tunc adsumit eum diabolus in sanctam civitatem et statuit eum supra pinnaculum templi 6 et dixit ei si Filius Dei es mitte te deorsum scriptum est enim quia angelis suis mandabit de te et in manibus tollent te ne forte offendas ad lapidem pedem tuum 7 ait illi Iesus rursum scriptum est non temptabis Dominum Deum tuum 8 iterum adsumit eum diabolus in montem excelsum valde et ostendit ei omnia regna mundi et gloriam eorum 9 et dixit illi haec tibi omnia dabo si cadens adoraveris me 10 tunc dicit ei Iesus vade Satanas scriptum est Dominum Deum tuum adorabis et illi soli servies 11 tunc reliquit eum diabolus et ecce angeli accesserunt et ministrabant ei

(Matthew 4:1-11)

**Page 3313.0 / 4281:**
9 sic ergo vos orabitis Pater noster qui in caelis es sanctificetur nomen tuum 10 veniat regnum tuum fiat voluntas tua sicut in caelo et in terra 11 panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie 12 et dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimisimus debitoribus nostris 13 et ne inducas nos in temptationem sed libera nos a malo 14 si enim dimiseritis hominibus peccata eorum dimittet et vobis Pater vester caelestis delicta vestra 15 si autem non dimiseritis hominibus nec Pater vester dimittet peccata vestra
(Matthew 6:9-15)

**Page 3313.0 / 4281:**
24 nemo potest duobus dominis servire aut enim unum odio habebit et alterum diliget aut unum sustinebit et alterum contemnet non potestis Deo servire et mamonae
(Matthew 6:24)

**Page 3328.0 / 4281:**
32 omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus confitebor et ego eum coram Patre meo qui est in caelis 33 qui autem negaverit me coram hominibus negabo et ego eum coram Patre meo qui est in caelis
(Matthew 10:32-33)

**Page 3342.0 / 4281:**
39 qui respondens ait illis generatio mala et adultera signum quaerit et signum non dabitur ei nisi signum Ionae prophetae 40 sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus sic erit Filius hominis in corde terrae tribus diebus et tribus noctibus
(Matthew 12:39-40)

**Page 3342.0 / 4281:**
43 cum autem inmundus spiritus exierit ab homine ambulat per loca arida quaerens requiem et non invenit 44 tunc dicit revertar in domum meam unde exivi et veniens invenit vacantem scopis mundatam et ornatam 45 tunc vadit et adsumit septem alios spiritus secum nequiores se et intrantes habitant ibi et fiunt novissima hominis illius peiora prioribus sic erit et generationi huic pessimae 4
(Matthew 12:43-45)

**Page 3343.0 / 4281:**
24 aliam parabolam proposuit illis dicens simile factum est regnum caelorum homini qui seminavit bonum semen in agro suo 25 cum autem dormirent homines venit inimicus eius et superseminavit zizania in medio tritici et abiit 26 cum autem crevisset herba et fructum fecisset tunc apparuerunt et zizania 27 accedentes autem servi patris familias dixerunt ei domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo unde ergo habet zizania 28 et ait illis inimicus homo hoc fecit servi autem dixerunt ei vis imus et colligimus ea 29 et ait non ne forte colligentes zizania eradicetis simul cum eis et triticum 30 sinite utraque crescere usque ad messem et in tempore messis dicam messoribus colligite primum zizania et alligate ea fasciculos ad conburendum triticum autem congregate in horreum meum
(Matthew 13:24-30)

**Page 3362.0 / 4281:**
18 "praises" : [],(17:16) respondens Iesus ait o generatio incredula et perversa quousque ero vobiscum usquequo patiar vos adferte huc illum ad me 19 "praises" : [],(17:17) et increpavit ei Iesus et exiit ab eo

daemonium et curatus est puer ex illa hora 20 "praises" : [],(17:18) tunc accesserunt discipuli ad Iesum secreto et dixerunt quare nos non potuimus eicere illum
(Matthew 17:18-20)

**Page 3370.0 / 4281:**
23 Iesus autem dixit discipulis suis amen dico vobis quia dives difficile intrabit in regnum caelorum 24 et iterum dico vobis facilius est camelum per foramen acus transire quam divitem intrare in regnum caelorum
(Matthew 19:23-24)

**Page 3384.0 / 4281:**
31 de resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictum est a Deo dicente vobis 32 ego sum Deus Abraham et Deus Isaac et Deus Iacob non est Deus mortuorum sed viventium
(Matthew 22:31-32)

**Page 3392.0 / 4281:**
36 de die autem illa et hora nemo scit neque angeli caelorum nisi Pater solus 37 sicut autem in diebus Noe ita erit et adventus Filii hominis
(Matthew 24:36-37)

**Page 3416.0 / 4281:**
48 et continuo currens unus ex eis acceptam spongiam implevit aceto et inposuit harundini et dabat ei bibere 49 ceteri vero dicebant sine videamus an veniat Helias liberans eum 50 Iesus autem iterum clamans voce magna emisit spiritum 51 et ecce velum templi scissum est in duas partes a summo usque deorsum et terra mota est et petrae scissae sunt 52 et monumenta aperta sunt et multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt 53 et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius venerunt in sanctam civitatem et apparuerunt multis 54 centurio autem et qui cum eo erant custodientes Iesum viso terraemotu et his quae fiebant timuerunt valde dicentes vere Dei Filius erat iste
(Matthew 27:48-54)

**Page 3417.0 / 4281:**
19 euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti 20 docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi
(Matthew 28:19-20)

**Page 3456.0 / 4281:**
13 "praises" : [],(9:11) qui respondens ait illis Helias cum venerit primo restituet omnia et quomodo scriptum est in Filium hominis ut multa patiatur et contemnatur 14 "praises" : [],(9:12) sed dico vobis quia et Helias venit et fecerunt illi quaecumque voluerunt sicut scriptum est de eo 15 "praises" : [],(9:13) et veniens ad discipulos suos vidit turbam magnam circa eos et scribas conquirentes cum illis 16 "praises" : [],(9:14) et confestim omnis populus videns eum stupefactus est et adcurrentes salutabant eum 17 "praises" : [],(9:15) et interrogavit eos quid inter vos conquiritis 18 "praises" : [],(9:16) et respondens unus de turba dixit magister adtuli filium meum ad te habentem spiritum mutum 19 "praises" : [],(9:17) qui ubicumque eum adprehenderit adlidit eum et spumat et stridet dentibus et arescit et dixi discipulis tuis ut eicerent illum et non potuerunt 20 "praises" : [],(9:18) qui respondens eis dicit o generatio incredula quamdiu apud vos ero quamdiu vos patiar adferte illum ad me 21 "praises" : [],(9:19) et adtulerunt eum et cum vidisset illum statim spiritus conturbavit eum et elisus in terram volutabatur spumans 22 "praises" : [],(9:20) et interrogavit patrem eius quantum temporis est ex

quo hoc ei accidit at ille ait ab infantia 23 "praises" : [],(9:21) et frequenter eum et in ignem et in aquas misit ut eum perderet sed si quid potes adiuva nos misertus nostri 24 "praises" : [],(9:22) Iesus autem ait illi si potes credere omnia possibilia credenti 25 "praises" : [],(9:23) et continuo exclamans pater pueri cum lacrimis aiebat credo adiuva incredulitatem meam 26 "praises" : [],(9:24) et cum videret Iesus concurrentem turbam comminatus est spiritui inmundo dicens illi surde et mute spiritus ego tibi praecipio exi ab eo et amplius ne introeas in eum 27 "praises" : [],(9:25) et clamans et multum discerpens eum exiit ab eo et factus est sicut mortuus ita ut multi dicerent quia mortuus est 28 "praises" : [],(9:26) Iesus autem tenens manum eius elevavit illum et surrexit
(Mark 9:13-28)

**Page 3495.0 / 4281:**
14 novissime recumbentibus illis undecim apparuit et exprobravit incredulitatem illorum et duritiam cordis quia his qui viderant eum resurrexisse non crediderant 15 et dixit eis euntes in mundum universum praedicate evangelium omni creaturae 16 qui crediderit et baptizatus fuerit salvus erit qui vero non crediderit condemnabitur 17 signa autem eos qui crediderint haec sequentur in nomine meo daemonia eicient linguis loquentur novis 18 serpentes tollent et si mortiferum quid biberint non eos nocebit super aegrotos manus inponent et bene habebunt
(Mark 16:14-18)

**Page 3498.0 / 4281:**
28 et ingressus angelus ad eam dixit have gratia plena Dominus tecum benedicta tu in mulieribus
(Luke 1:28)

**Page 3544.0 / 4281:**
30 interrogavit autem illum Iesus dicens quod tibi nomen est at ille dixit Legio quia intraverunt daemonia multa in eum 31 et rogabant illum ne imperaret illis ut in abyssum irent 32 erat autem ibi grex porcorum multorum pascentium in monte et rogabant eum ut permitteret eos in illos ingredi et permisit illos 33 exierunt ergo daemonia ab homine et intraverunt in porcos et impetu abiit grex per praeceps in stagnum et suffocatus est
(Luke 8:30-33)

**Page 3557.0 / 4281:**
1 et factum est cum esset in loco quodam orans ut cessavit dixit unus ex discipulis eius ad eum Domine doce nos orare sicut et Iohannes docuit discipulos suos 2 et ait illis cum oratis dicite Pater sanctificetur nomen tuum adveniat regnum tuum 3 panem nostrum cotidianum da nobis cotidie 4 et dimitte nobis peccata nostra siquidem et ipsi dimittimus omni debenti nobis et ne nos inducas in temptationem
(Luke 11:1-4)

**Page 3562.0 / 4281:**
46 at ille ait et vobis legis peritis vae quia oneratis homines oneribus quae portari non possunt et ipsi uno digito vestro non tangitis sarcinas 47 vae vobis quia aedificatis monumenta prophetarum patres autem vestri occiderunt illos
(Luke 11:46-47)

**Page 3570.0 / 4281:**
18 dicebat ergo cui simile est regnum Dei et cui simile esse existimabo illud 19 simile est grano sinapis quod acceptum homo misit in hortum suum et crevit et factum est in arborem magnam et volucres caeli requieverunt in ramis eius
(Luke 13:18-19)

**Page 3570.0 / 4281:**
22 et ibat per civitates et castella docens et iter faciens in Hierusalem 23 ait autem illi quidam Domine si pauci sunt qui salvantur ipse autem dixit ad illos 24 contendite intrare per angustam portam quia multi dico vobis quaerunt intrare et non poterunt
(Luke 13:22-24)

**Page 3598.0 / 4281:**
39 et quidam Pharisaeorum de turbis dixerunt ad illum magister increpa discipulos tuos 40 quibus ipse ait dico vobis quia si hii tacuerint lapides clamabunt
(Luke 19:39-40)

**Page 3620.0 / 4281:**
44 erat autem fere hora sexta et tenebrae factae sunt in universa terra usque in nonam horam 45 et obscuratus est sol et velum templi scissum est medium
(Luke 23:44-45)

**Page 3635.0 / 4281:**
7 non mireris quia dixi tibi oportet vos nasci denuo
(John 3:7)

**Page 3635.0 / 4281:**
16 sic enim dilexit Deus mundum ut Filium suum unigenitum daret ut omnis qui credit in eum non pereat sed habeat vitam aeternam 17 non enim misit Deus Filium suum in mundum ut iudicet mundum sed ut salvetur mundus per ipsum
(John 3:16-17)

**Page 3635.0 / 4281:**
32 et quod vidit et audivit hoc testatur et testimonium eius nemo accipit
(John 3:32)

**Page 3635.0 – 3638.0 / 4281:**
36 qui credit in Filium habet vitam aeternam qui autem incredulus est Filio non videbit vitam sed ira Dei manet super eum
(John 3:36)

**Page 3639.0 / 4281:**
5 venit ergo in civitatem Samariae quae dicitur Sychar iuxta praedium quod dedit Iacob Ioseph filio suo
6 erat autem ibi fons Iacob Iesus ergo fatigatus ex itinere sedebat sic super fontem hora erat quasi sexta
7 venit mulier de Samaria haurire aquam dicit ei Iesus da mihi bibere
(John 4:5-7)

**Page 3662.0 / 4281:**
7 cum autem perseverarent interrogantes eum erexit se et dixit eis qui sine peccato est vestrum primus in illam lapidem mittat
(John 8:7)

**Page 3676.0 / 4281:**

25 dixit ei Iesus ego sum resurrectio et vita qui credit in me et si mortuus fuerit vivet 26 et omnis qui vivit et credit in me non morietur in aeternum credis hoc
(John 11:25-26)

**Page 3698.0 / 4281:**
33 haec locutus sum vobis ut in me pacem habeatis in mundo pressuram habetis sed confidite ego vici mundum
(John 16:33)

**Page 3732.0 / 4281:**
19 paenitemini igitur et convertimini ut deleantur vestra peccata
(Acts 3:19)

**Page 3857.0 / 4281:**
10 sicut scriptum est quia non est iustus quisquam
(Romans 3:10)

**Page 3857.0 / 4281:**
23 omnes enim peccaverunt et egent gloriam Dei
(Romans 3:23)

**Page 3863.0 / 4281:**
19 sicut enim per inoboedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi ita et per unius oboeditionem iusti constituentur multi
(Romans 5:19)

**Page 3866.0 / 4281:**
23 stipendia enim peccati mors gratia autem Dei vita aeterna in Christo Iesu Domino nostro
(Romans 6:23)

**Page 3872.0 / 4281:**
14 quicumque enim Spiritu Dei aguntur hii filii sunt Dei
(Romans 8:14)

**Page 3872.0 / 4281:**
31 quid ergo dicemus ad haec si Deus pro nobis quis contra nos
(Romans 8:31)

**Page 3881.0 / 4281:**
13 omnis enim quicumque invocaverit nomen Domini salvus erit
(Romans 10:13)

**Page 3903.0 / 4281:**
25 quia quod stultum est Dei sapientius est hominibus et quod infirmum est Dei fortius est hominibus
(I Corinthians 1:25)

**Page 3909.0 / 4281:**
8 qui plantat autem et qui rigat unum sunt unusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem

(I Corinthians 3:8)

**Page 3917.0 / 4281:**
17 qui autem adheret Domino unus spiritus est
(I Corinthians 6:17)

**Page 3930.0 / 4281:**
26 Domini est terra et plenitudo eius
(I Corinthians 10:26)

**Page 3952.0 / 4281:**
56 stimulus autem mortis peccatum est virtus vero peccati lex 57 Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum
(I Corinthians 15:56)

**Page 3972.0 / 4281:**
10 quae enim secundum Deum tristitia est paenitentiam in salutem stabilem operatur saeculi autem tristitia mortem operatur
(II Corinthians 7:10)

**Page 4008.0 / 4281:**
8 quae enim seminaverit homo haec et metet quoniam qui seminat in carne sua de carne et metet corruptionem qui autem seminat in spiritu de spiritu metet vitam aeternam
(Galatians 6:8)

**Page 4014.0 / 4281:**
8 gratia enim estis salvati per fidem et hoc non ex vobis Dei enim donum est
(Ephesians 2:8)

**Page 4026.0 / 4281:**
10 de cetero fratres confortamini in Domino et in potentia virtutis eius
(Ephesians 6:10-12)

**Page 4033.0 / 4281:**
3 nihil per contentionem neque per inanem gloriam sed in humilitate superiores sibi invicem arbitrantes
4 non quae sua sunt singuli considerantes sed et ea quae aliorum
(Philippians 2:3-4)

**Page 4039.0 / 4281:**
20 Deo autem et Patri nostro gloria in saecula saeculorum amen
(Philippians 4:20)

**Page 4058.0 / 4281:**
3 exhortatio enim nostra non de errore neque de inmunditia neque in dolo
(I Thessalonians 2:3)

**Page 4065.0 / 4281:**
9 quoniam non posuit nos Deus in iram sed in adquisitionem salutis per Dominum nostrum Iesum Christum

(I Thessalonians 5:9)

**Page 4073.0 / 4281:**
10 nam et cum essemus apud vos hoc denuntiabamus vobis quoniam si quis non vult operari nec manducet
(II Thessalonians 3:10)

**Page 4085.0 / 4281:**
8 si quis autem suorum et maxime domesticorum curam non habet fidem negavit et est infideli deterior
(I Timothy 5:8)

**Page 4085.0 / 4281:**
23 noli adhuc aquam bibere sed vino modico utere propter stomachum tuum et frequentes tuas infirmitates
(I Timothy 5:23)

**Page 4092.0 / 4281:**
3 gratias ago Deo cui servio a progenitoribus in conscientia pura quam sine intermissione habeam tui memoriam in orationibus meis nocte ac die
(II Timothy 1:3)

**Page 4097.0 / 4281:**
16 omnis scriptura divinitus inspirata et utilis ad docendum ad arguendum ad corrigendum ad erudiendum in iustitia 17 ut perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus
(II Timothy 3:16-17)

**Page 4117.0 / 4281:**
4 omnis namque domus fabricatur ab aliquo qui autem omnia creavit Deus
(Hebrews 3:4)

**Page 4119.0 / 4281:**
2 etenim et nobis nuntiatum est quemadmodum et illis sed non profuit illis sermo auditus non admixtis fidei ex his quae audierunt
(Hebrews 4:12)

**Page 4139.0 / 4281:**
6 sine fide autem inpossibile placere credere enim oportet accedentem ad Deum quia est et inquirentibus se remunerator fit
(Hebrews 11:6)

**Page 4148.0 / 4281:**
16 beneficientiae autem et communionis nolite oblivisci talibus enim hostiis promeretur Deus
(Hebrews 13:6)

**Page 4160.0 / 4281:**
7 subditi igitur estote Deo resistite autem diabolo et fugiet a vobis
(St. James 4:7)

**Page 4169.0 / 4281:**

9 vos autem genus electum regale sacerdotium gens sancta populus adquisitionis ut virtutes adnuntietis eius qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum
(I Peter 2:9)

**Page 4203.0 / 4281:**
5 quis est qui vincit mundum nisi qui credit quoniam Iesus est Filius Dei
(I St. John 5:5)

**Page 4203.0 / 4281:**
19 scimus quoniam ex Deo sumus et mundus totus in maligno positus est
(I St. John 5:19)

**Page 4218.0 / 4281:**
12 et conversus sum ut viderem vocem quae loquebatur mecum et conversus vidi septem candelabra
aurea 13 et in medio septem candelabrorum similem Filio hominis vestitum podere et praecinctum ad
mamillas zonam auream 14 caput autem eius et capilli erant candidi tamquam lana alba tamquam nix et
oculi eius velut flamma ignis 15 et pedes eius similes orichalco sicut in camino ardenti et vox illius
tamquam vox aquarum multarum 16 et habebat in dextera sua stellas septem et de ore eius gladius
utraque parte acutus exiebat et facies eius sicut sol lucet in virtute sua 17 et cum vidissem eum cecidi
ad pedes eius tamquam mortuus et posuit dexteram suam super me dicens noli timere ego sum primus
et novissimus 18 et vivus et fui mortuus et ecce sum vivens in saecula saeculorum et habeo claves
mortis et inferni 19 scribe ergo quae vidisti et quae sunt et quae oportet fieri post haec 20 sacramentum
septem stellarum quas vidisti in dextera mea et septem candelabra aurea septem stellae angeli sunt
septem ecclesiarum et candelabra septem septem ecclesiae sunt
(Revelation 1:12-20)

**Page 4228.0 / 4281:**
8 et quattuor animalia singula eorum habebant alas senas et in circuitu et intus plena sunt oculis et requiem non habent die et nocte dicentia sanctus sanctus sanctus Dominus Deus omnipotens qui erat et qui est et qui venturus est
(Revelation 4:8)

**Page 4232.0 / 4281:**
1 et vidi quod aperuisset agnus unum de septem signaculis et audivi unum de quattuor animalibus
dicentem tamquam vocem tonitrui veni 2 et vidi et ecce equus albus et qui sedebat super illum habebat
arcum et data est ei corona et exivit vincens ut vinceret
(Revelation 6:1-2)

**Page 4232.0 / 4281:**
9 et cum aperuisset quintum sigillum vidi subtus altare animas interfectorum propter verbum Dei et
propter testimonium quod habebant 10 et clamabant voce magna dicentes usquequo Domine sanctus et
verus non iudicas et vindicas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra 11 et datae sunt illis
singulae stolae albae et dictum est illis ut requiescerent tempus adhuc modicum donec impleantur
conservi eorum et fratres eorum qui interficiendi sunt sicut et illi 12 et vidi cum aperuisset sigillum
sextum et terraemotus factus est magnus et sol factus est niger tamquam saccus cilicinus et luna tota
facta est sicut sanguis 13 et stellae caeli ceciderunt super terram sicut ficus mittit grossos suos cum
vento magno movetur 14 et caelum recessit sicut liber involutus et omnis mons et insulae de locis suis
motae sunt 15 et reges terrae et principes et tribuni et divites et fortes et omnis servus et liber
absconderunt se in speluncis et petris montium 16 et dicunt montibus et petris cadite super nos et

abscondite nos a facie sedentis super thronum et ab ira agni 17 quoniam venit dies magnus irae ipsorum et quis poterit stare
(Revelation 6:9-17)

**Page 4235.0 / 4281:**
1 post haec vidi quattuor angelos stantes super quattuor angulos terrae tenentes quattuor ventos terrae ne flaret ventus super terram neque super mare neque in ullam arborem 2 et vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis habentem signum Dei vivi et clamavit voce magna quattuor angelis quibus datum est nocere terrae et mari 3 dicens nolite nocere terrae neque mari neque arboribus quoadusque signemus servos Dei nostri in frontibus eorum 4 et audivi numerum signatorum centum quadraginta quattuor milia signati ex omni tribu filiorum Israhel 5 ex tribu Iuda duodecim milia signati ex tribu Ruben duodecim milia ex tribu Gad duodecim milia 6 ex tribu Aser duodecim milia ex tribu Nepthalim duodecim milia ex tribu Manasse duodecim milia 7 ex tribu Symeon duodecim milia ex tribu Levi duodecim milia ex tribu Issachar duodecim milia 8 ex tribu Zabulon duodecim milia ex tribu Ioseph duodecim milia ex tribu Beniamin duodecim milia signati
(Revelation 7:1-8)

**Page 4238.0 / 4281:**
13 et vidi et audivi vocem unius aquilae volantis per medium caelum dicentis voce magna vae vae vae habitantibus in terra de ceteris vocibus tubae trium angelorum qui erant tuba canituri
(Revelation 8:13)

**Page 4248.0 / 4281:**
7 et factum est proelium in caelo Michahel et angeli eius proeliabantur cum dracone et draco pugnabat et angeli eius 8 et non valuerunt neque locus inventus est eorum amplius in caelo 9 et proiectus est draco ille magnus serpens antiquus qui vocatur Diabolus et Satanas qui seducit universum orbem proiectus est in terram et angeli eius cum illo missi sunt
(Revelation 12:7-9)

**Page 4251.0 / 4281:**
11 qui in captivitatem in captivitatem vadit qui in gladio occiderit oportet eum gladio occidi hic est patientia et fides sanctorum 12 et vidi aliam bestiam ascendentem de terra et habebat cornua duo similia agni et loquebatur sicut draco 13 et potestatem prioris bestiae omnem faciebat in conspectu eius et facit terram et inhabitantes in eam adorare bestiam primam cuius curata est plaga mortis 14 et fecit signa magna ut etiam ignem faceret de caelo descendere in terram in conspectu hominum 15 et seducit habitantes terram propter signa quae data sunt illi facere in conspectu bestiae dicens habitantibus in terra ut faciant imaginem bestiae quae habet plagam gladii et vixit 16 et datum est illi ut daret spiritum imagini bestiae ut et loquatur imago bestiae et faciat quicumque non adoraverint imaginem bestiae occidantur 17 et faciet omnes pusillos et magnos et divites et pauperes et liberos et servos habere caracter in dextera manu aut in frontibus suis 18 et ne quis possit emere aut vendere nisi qui habet caracter nomen bestiae aut numerum nominis eius
(Revelation 13:11-18)

**Page 4257.0 / 4281:**
2 et vidi tamquam mare vitreum mixtum igne et eos qui vicerunt bestiam et imaginem illius et numerum nominis eius stantes supra mare vitreum habentes citharas Dei 3 et cantant canticum Mosi servi Dei et canticum agni dicentes magna et mirabilia opera tua Domine Deus omnipotens iustae et verae viae tuae rex saeculorum 4 quis non timebit Domine et magnificabit nomen tuum quia solus pius quoniam omnes gentes venient et adorabunt in conspectu tuo quoniam iudicia tua manifestata sunt

(Revelation 15:2-4)

**Page 4272.0 / 4281:**
14 et inferus et mors missi sunt in stagnum ignis haec mors secunda est stagnum ignis 15 et qui non est inventus in libro vitae scriptus missus est in stagnum ignis
(Revelation 20:14-15)

**Page 4279.0 / 4281:**
19 et si quis deminuerit de verbis libri prophetiae huius auferet Deus partem eius de ligno vitae et de civitate sancta et de his quae scripta sunt in libro isto 20 dicit qui testimonium perhibet istorum etiam venio cito amen veni Domine Iesu 21 gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus
(Revelation 22:19-21)